

nerimus, ipsos volumus, contra quem iniuste processerant, si scabini civitatis fuerint, in quatuordecim solidis, castrenses vero si fuerint, in viginti octo solidis condemnari. Volumus eciam illum vel illos, cui vel quibus iusticia per nos sentencialiter adjudicata fuerit, tueri et quod
 5 ipsis expensarum pecunia cedat sine obmissione qualibet suffragari. Appellans vero, si iniuste sentenciam accusasse inventus fuerit, tantum unoquoque iudicio tam in civitate quam in castro dabit, quantum ipsi si vicisset dedisse debuissent. Volumus eciam predictos cives a theloneo in civitatibus gloriosi principis domini Ottonis de Nova Brand(enburg), attavi nostri predicti felicitis recordacionis, in eius territoriiis manere supportatos^h, cum de ipsius fuerint parte et sicuti eorum more existitⁱ ab antiquo. In quorum^j omnium^j testimonium presentes^k dedimus sigilli nostri munimine firmiter insignitas^k.

Testes huius^l sunt: nobilis vir^l Hermannus^m comes de Hennin-
 15 b(er)g iuniorⁿ, dominusⁿ Joha(nnes) de Bûch capitaneus^o noster predictus^o, Heinr(icus) de Krôch(er)n, Bering(er)us Helo, Joha(nnes) Husner, Bonbrecht nostre^p curie^p pincerna, Laurencius de Grifenburg(er)g, marscalcus de Pappenheim^q, Offo de Lussowe, milites nostri cum aliis pluribus^r fide dignis.

20 Datum Berlin^r. Anno^s domini millesimo^t trecentesimo tricesimo^t sexto, feria secunda^u post ascensionem domini^s.

h) a theloneo in civitatibus *folgt durchgestrichen* A. i) s *fehlt* A. j) cuius A.
 k-k) et cetera A. l-l) *fehlt* A. m) H(er). A. n) *fehlt* A. o-o) *fehlt* A.
 p) *fehlt* A. q) Pappinhem A. r-r) et cetera A. s-s) *der Abschrift vor-*
angestellt, in territorio Jericho folgt von anderer Hand A. t-t) M^o CCC^o
 XXX^o A. u) II A.